



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 Ad quem pertineat constituere symbolum fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

habet eandem rationem cū aliis effectibus gratiæ sanctificati. Aliud est, q̄ miraculosè ibi corpus Christi continet, & sic concludit sub omnipotencia, sicut & omnia alia miracula, quæ oportentia attribuiuntur.

**¶ Super Questionis prima articulam 30.
num, & decimum.**

ARTICVLVS IX.

Vtrum conuenienter articuli fidei in symbolo ponantur.

AD NON VNM sic proceditur. Videtur, q̄ inconvenienter articuli fidei in symbolo ponantur. Sacra scriptura est regula fidei, cui nec addere, nec subtrahere licet. Dicitur n. Deut. 4. Non addatis a uerbū quod uobis loquor, neque auferetis ab eo. ergo illicitum fuit alius symbolum constitutre, quasi regulam fidei, post sacram scripturam editam.

¶ 2 Præt. Sicut Apostolus dicit ad Ephes. 4. Vna est fides: sed symbolum est profectio fidei. ergo inconvenienter traditur multiplex symbolum.

¶ 3 Præt. Confessio fidei, qua in symbolo continetur, pertinet ad omnes fideles: sed non omnibus fidelibus contentum credere in Deum, sed solum illis, qui habent fidem formatam. ergo inconvenienter symbolum fidei traditur sub hac forma verborum, Credo in unum Deum.

¶ 4 Præt. Defensus ad inferos est unus de articulis fidei, sicut supra* dictum est: sed in symbolo antiquorum Patrum non fit mentio de defensu ad inferos. ergo uidetur insufficienter collectum.

¶ 5 Præt. Sicut August.* dicit exponens illud Ioan. 14. Credis in Deum, & in me credite. Petro autem Paulus credimus: sed non dicimus credere, nisi in Deo.

Cum ergo ecclesia catholicæ sit pure aliquid creatuæ, uidetur quod inconvenienter dicatur: In unam sanctam catholicam, & apostolicam Ecclesiam.

¶ 6 Præt. Symbolum ad hoc traditur, ut sit regula fidei: sed regula fidei debet omnibus proponi, & publice: quodlibet ergo symbolum debetur in Missa cantari, sicut etymolum Patrum. non uidetur ergo esse inconveniens editio articulorum fidei in symbolo.

Sed contra est, quod Ecclesia universalis non potest errare: quia Spiritus sanctus gubernatur, qui est spiritus veritatis. Hoc enim promisit Dominus discipulis Ioan. 16. dicens. Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: sed symbolum est auctoritate vniuersalis Ecclesie editum. nihil ergo inconveniens in eo continetur.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut Apostolus dicit ad Hebii. Accidentem ad Deum oportet credere: credere autem non potest aliquis, nisi ci veritas, quā credit, proponatur. Et ideo necessarium fuit, fidei veritatem in unū colligi, ut facilius posset omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei a veritate deficeret: & ab huncmodi sententiariis fidei collectio-

ne nomen symboli est acceptum.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod veritas fidei in sacra scriptura diffusa continetur, & uariis modis, & in quibusdam obscure, ita quod ad elicendum fidem veritatem ex sacra scriptura, requiritur longū studium & exercitium, ad quod non possunt peruenire omnes illi, quibus necessarium est cognoscere fidei veritatem, quorum plerique aliis negotiis occupati, studio vacare non possunt: & ideo fuit necessarium, ut ex sententiis sacre scripturae aliquid manifestum summatim colligeretur, quod proponeretur omnibus.

Ad credendum, quod quidem nō est additum sacrae scripturæ, sed potius ex sacra scriptura sumptum.

AD SECUNDVM dicendum, quod in omnibus symbolis eadem fidei docetur veritas: sed ibi operat populum diligentius instruere fidei ueritate, ubi errores insurgunt, ne fides simplicium per hereticos corrumpatur. Et hæc fuit causa, quare necesse fuit edere plura symbola, quæ in nullo alio differunt, nisi quod in uno plenius explicantur, quæ in alio continentur implicitè, secundum quod exigebat heretico rum instantia.

AD TERTIUM dicendum, quod confessio fidei traditur in symbolo, quasi ex persona totius Ecclesiæ, quæ per fidem unitur: fides autem Ecclesiæ est fides formata. Talis enim fides inuenitur in omnibus illis, qui sunt numero, & merito de Ecclesia: & ideo confessio fidei in symbolo traditur, secundum quod conuenienter fidei formatæ, ut etiam si qui fideles fidem formatam non habent, ad hanc formam pertingere student.

AD QUARTVM dicendum, quod de descensu ad inferos nullus error erat exortus apud hereticos: & ideo non fuit necessarium aliquam explicationem circa hoc fieri: & propter hoc non reiteratur in symbolo Patri, sed supponitur tanq̄ prædeterminatum in symbolo Apostolorum. Non n. symbolum sequens abolet præcedens, sed potius illud exponit, ut di- cendum est.*

AD QUINTVM dicendum, quod si dicatur, In sanctam Ecclesiam catholicam, hoc est intelligendum secundum quod fides nostra refertur ad Spiritum sanctum, qui sanctificat Ecclesiam, ut sit sensus. Credo in Spiritum sanctum sanctificantem Ecclesiam: sed me lius est, & secundum communiorum usum, ut non ponatur ibi, In, sed simpliciter dicatur, sanctam Ecclesiam catholicam: sicut etiam Leo Papa dicit.

AD SEXTVM dicendum, quod quia symbolum Patrum est declarativum symboli Apostolorum, & ēt fuit conditum fidei manifestata, & Ecclesia pacē habente, propter hoc publicè in Missa cantatur. Symbolum autem Apostolorum, quod tempore persecu-

tionis editum fuit fide nondum publicata, occulte dicitur in Prima, & in Completorio, quasi contra tembras errorum præteriorum, & futurorum.

ARTICVLVS X.

**¶ Super Questionis pri
ma Articulam
decimum.**

Vtrum ad summum Pontificem pertineat fidei symbolum ordinare.

AD DECIMVM sic proceditur.

Videtur, q̄ non pertinet ad summum Pontificem fidei symbolum ordinare. Noua enim editio symboli necessaria est propter explicationem articulorum fidei, sicut dictum est, * sed in veteri testamento articuli fidei magis, ac magis explicabantur secundum temporum successione pp hoc, q̄ veritas fidei magis manifestabatur secundum maiorem proportionitatem ad Christum, ut supra * dictum est. Cessante ergo tali causa in noua lege, non debet fieri maior ac major explicatio articulorum fidei. ergo non vñ ad auctoritatē summī Pontificis per tinere noua editio symboli.

¶ 2 Præt. Illud quod est sub ana-

In art. 10. dub. 1. occurrat circa minorē propositionem, scilicet, Hoc autem, scilicet, determinans fina littera que fidei sunt, pertinet ad auctoritatem summī Pontificis. Nam quidam hoc non admittunt ex eo, quod Papa p̄t esse hereticus;

ar. preced.
Inf. q. 11. art. 2. ad. 3 & po.
q. 10. ar. 4. ad.

& propter determinacionem factam in consilio Concilii Nisi, quod scilicet Papa subib⁹ concilio uniuersali in his, que sunt fidei. Et quia pars in parentes nō habet imperium, ac per hoc unus Papa non ligat alium: & consequenter determinatio facta per unū Papam

QVAEST. I.

Papam in materia fidei non ligabit successores suos: & sic si huiusmodi successores tenerent contra determinationem, huic modi, non essent heretici: quod est inconveniens maximum: quia sic respectu eiusdem determinati ab Ecclesia, noti &c. unus fidelis esset hereticus: & alius non & determinatus, quod est hereticus, non est determinatio simpliciter, sed

respectu aliquorum, scilicet, qui non sunt Romanii Pontifices.

Dubium secundo

occurred circa ratio-

nem subiectam in li-

tera, scilicet quod

unitas fidei seruari

non posset in tota Ec-

clesia, nisi quiesca-

exorta de fide deter-

mineatur per eum,

qui toti Ecclesiae pre-

est, id est summum

Pontificem.

Hec namque propo-

sitione in ultima sui par-

non est uera: quo-

niam quiescere de fi-

de exorta potest de-

terminari per com-

munitatem Ecclesie,

seu concilium generale.

Communitas enim Ecclesie praesidet to-

ti Ecclesie, sicut communitas ciuitatis toti ciuitati, quia & prin-

cipis uices communitatis genti: & constitutioles ab ip-

sa multitudinis unitate institutionem, & delimitationem fortunatam.

Et sic in litera dum a praesidente totius ecclesie ad Papam defen-

ditur, sophistica committitur: quoniam ipsa ecclesie commun-

itas, quae in concilio generali inueniuntur praesidens, superior est, &

ad eam spectat finalis determinatio de fide, ut potest quae errare

non potest.

Ad horum breuem intelligentiam, quoniam in tractatu specia-

li de authoritate Papae, & concilij haec tractauimus, scendum est,

quod quia Papatus in hoc differt a ceteris humanis principiatis,

quod reliqui ab ipsa multitudine originem & potestatem habent:

Multitudine namque celsitudo uiolenta fraudusque, de jure naturae

liberis est, & constitutis sibi caput cum illa potestate, quae multitu-

dine videatur: Papatus autem non est ab ecclesia, sed a Deo im-

mediate: ita quod nec ab Ecclesia oritur habet, nec potest tam

principaliter, quam ministerialiter. Iesus Christus namque

uerus Deus non per Ecclesie, aut Apostolorum ministerium me-

diun, sed per leipsum immediate l'apatum creavit & Papam, cu

dixit Petrus, Pafce oves meas. Ioannis ultimo. Ex hoc sequitur, q

Papa Ecclesie praesidet sic, ut non solum singula membra, sed ip-

sa communitas Ecclesie, subsint papae. Per hoc enim solum coin-

stituunt multitudinis supra principem potestas referatur, quia

ab ipsa multitudine principatus & princeps dependet. Hoc au-

tum in papatu, & papa locum non habere iam patet. Solus igitur

Papa praesidet toti Ecclesie, & non eueniatur ut congregatio Con-

stantinensis, uniuersitatem obedientiam, sine suo Papa dubio tempo-

re schismatis usurpans in leviueralem Eccleiam, quam nec sim-

pliciter, nec secundum praeferentem unu Ecclesie statim repræ-

sentabat, decreuisse uideatur: propter quae non est decretus illis cu-

randum. In cuius signum quicquid etiam ab omnibus obedi-

tis simul fede vacante ibi statutum postmodum est, tanquam

efficit supra Papam, nullum habuit effectum haec tenuit, nisi schi-

ma iam bis inde ortum, scilicet semel sub Eugenio Quarto, &

iterum sub Julio Secundo. Et tandem tempore operant omnes

sucumbere, & subiungere se Romano. Ponit, ipsa veritate &

Ecclesia catholica cogente. Et nunquam Romanus Pontifex fuc-

cubuit, nunquam ab Ecclesia derelictus est, quia nunquam illis

decrecis fui subditus. Et de schismatis quidem primi termino

tota Ecclesia testatur in adoratione Nicolai Quinti, qui successit

immediate defuncto Eugenio. Ex eo enim, quod superfluum Felice-

mem, qui à Basiliensi concilio constitutus fuerat Papa, deposito

atque combusto Eugenio, in sua statua, non recognovit Ecclesia

in Papa eti defuncto Eugen. sed Nicolaum a Cardinalibus ele-

ctum superflite (ut dictum est) Felice, adorauit, notorie testata

est concilium non esse supra Papam, concilium nihil posse contra

Papam certum, & indubiatum, ac catholicum. In termino quo

que secundi schismatis uniuersalis ecclesia item multipliciter te-

stata est. Nam licet fuerit indicium prius concilium Pisa-

num contra Papam Iulium, authoritate concilij Constantini-

in capitulo, Frequens, multis Cardinalibus & inchoatum, adeo

ut procererit utque ad suspensionem Iulij, vidimus tamen sub

Leone Decimo, qui iunxit & regnat, omnes mundi principes præ-

latos, & Ecclesiæ concilio Lateranensi, quod adhuc durat, adha-

scisse, & ipsum solum unicum, ac utrum concilium profi-

ciat Pisanum renunciare eos qui adhaerent, causam pro-

to a non habentibus potestatem congregandill, & vi-

tim Cardinales, qui Pisani adhaerent, contio, pro-

bile se scismaticos, & concilium illud Pisani

hac uita ter-
ter, & in
olim, ante
olim, ante
ne illud
mire, &
familia
Pisanum
lum, & in
dionum, &
& lingua
anathema
pronunciam
dimis, & in
ter confit
& inter, &
robust, &
& in
bus apolo
sta & tal
tus tempe
santa, &
festa
solam
edita
total
letra

tem summi Pontificis noua edi-
cio Simboli.

¶ 3 Præterea Athanasius non

fuit summus Pontifex, sed Ale-
xandrinus patriarcha: & tamen

Simbolum constituit, quod in ec-
clesia cantatur ergo non magis

uidetur pertinere editio Simbo-
li ad summum Pontificem, quā

G ad aliros.

SED CONTRA est, quod editio

Simboli facta est in simodo gen-
erali: sed huiusmodi simodus au-

thoritate solius summi Pontifi-
cis potest congregari, ut haberur

in Decret. distinct. 17 ergo editio

Simboli ad autoritatem summi

Pontificis pertinet.

schedula ab ipsis publicè lecta, in consistorio die he-
cunda die mensis Iunij 1513, coram Leone Decimo

bis patet, quod nec tota Ecclesia simul congregari
aliquis Romano Pontifice, ut hui in conformato.

Frequens concilium Constantini, ut patet in 30. inde-

dem, potest aliquip supra Papam. Et capitulo de

t. Apostolica fede vacante factum contra iuramenta,
quibus cauetur, quod fede vacante nihil immo-

spurc estipulatio, dictis fanctionum patrum, ac anno

Pont. facrorumq; canonum decretis propriis
conciliorum confessione manifeste conit. He

habes concilium ipsum faceri Papam supra omnia in
re authoritatem, & ideo posse indicare, transfe-

niam constat, q; determinatio constituta, habet
ut reipublica totius, ad eum solius authoritatem sup-

fidei toti, aliquoquin coactum non habet esse
ideo. secundum dubium motu iam patet folio. Amb

ponit, quod verisimum est, scilicet folium Papam
in q; vnuerati: vnde & Epiphonis dicitur, & cib. Epi-

ph. cc. authoritateque uniuersalis Ecclesie & concilii
& totaliter resipere in Papa in determinando expon-

it, ut in primo proponant dubio, Papa utique posse
errare in fide, ut Papa tamen indicando & definendo
tenendum ab Ecclesia sit, de fide errare non possit
coquincitur, quia omnes faciunt, quod tota Ecclesia
potest, propter verbum Christi, Matthei ultimi, & cib. Epi-

ph. folium sum omnibus diebus vñque ad confirmationem.
Et Papa determinante iudicatur & definitum alio-

rum, & ab Ecclesia pro haren habendum, confirmatur
tenetur acceptare, & hereticus centeretur, qui con-

teneret oppotum pertinaciter. Tota igitur Ecclesia
sequens determinationem Papæ, si Papa in tali difi-

cerre errare. Credendum est igitur, quod promulgatio
factam a Christo, scilicet Spiritu sancto deciderit
veritatem Ioannis 14. Ipse, cui non est difficilis per-

per multitudinem adimplere, per unum caput omnia
impleras, ut lex diuinitatis feruerit, quæ inferior per-

media per sunu guberne. Et qua ratione de fide
pacum monarchicum supra totius Ecclesie universitatem
monarchie illi potestatem diffiniendi, que operatio
ab ipso defectu. Deinde enim minus quam naturam de-

in necessariis.

¶ Ad id vero, quod in primo dubio affertur, quod non
habeat imperium &c. dicendum est, quod Papa in

mi, scilicet vel ex iolla authoritate Papatus, & in iolla
gumentum, & regula, quod par in parum nouu-
rium: vel ex authoritate Papatus, ut subiectum

dirigenter in hoc cere, & indube. Et in

seipsum, & successores, & diffiniunt regno caballerio quod fidei primiceria sunt dona Dei, ut dicatur ad Rom. 1. Et ratio est, quia in his Papa excede seipsum: sed David in excendo seipsum, & omnes teneat in seipsum, ego dixi, in ecclesi meo, ois homo mendax. Tali autem sunt ea, quae sunt fidei, ut ab omnibus inconsulta fide teneantur: hoc autem pertinet ad authoritatem summum Pontificis, ad quem maiores & difficiliores Ecclesie quæstiones referuntur ut dicuntur in Decret. distincte * 43. Vnde & Dominus Luc. 22. Petro dixit, quem sumnum Pontificem constituit, Ego pro te rogaui Petrum, ut non deficit fides tuas: & tu aliquando conuertere cōfirma fratres tuos. Et huius ratio est: quia una fides debet esse totius Ecclesie, secundum illud 1. ad Corin. 1. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata: quod seruari non posset, nisi quæstio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesia præstet, ut sic eius sententia tota Ecclesia firmiter teneatur: & ideo ad solam authoritatem summum Pontificis pertinet noua editio Symboli, sicut & omnia alia quæ pertinent ad totam Ecclesiam, ut congregare synodus generalis, & alia huiusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in doctrina Christi, & Apostolorum veritas fidei est sufficiēter explicata: sed quia peruersi homines apostolicam doctrinam, & cateras doctrinas, & scripturas peruerturnad sui plorū perditionem, sicut dicitur 2. Pet. vlt̄ video necessaria fuit temporibus præcedentibus explicatio fidei contra insurgentes.

AD SECUNDUM dicendum, quod prohibitio, & sententia synodi se extendit ad priuatā personas, quarum non est determinare de fide. Non enim per huiusmodi sententiam synodi generalis ablata est potestas sequenti synodo nouam editionem Symboli facere, non quidem aliam fidem continentem, sed eandem magis expositam. Sic enim quilibet synodus obseruavit, ut sequens synodus aliquid exporet supra id, quod præcedens synodus expofuit propter necessitatem aliius hæresis insurgentis. Vnde pertinet ad summum Pontificem, cuius sententia confirmatur.

AD TERTIUM dicendum, quod Athanasius non compotuit manifestacionem fidei per modum Symboli, sed magis per modum cuiusdam doctrinæ, ut ex ipso modo loquendi apparet: sed quia integrum fiducientiam eius doctrina breviter continebat, au thoritate summum Pontificis est recepta, ut quā regula fidei habeatur.

QVAESTIO II.

De actu fidei, in decem articulos divisa.

DEINDE considerandum est de actu fidei. Et primo, de actu interiori. Secundo, de actu exteriori. Circa primum queruntur decem. Primo, quid sit credere, quod est actus interior fidei.

- A **Secundò**, Quot modis dicatur.
 ¶ **Tertiò**, Vtrum credere aliquid supra rationem naturalis, sit necessarium ad salutem.
 ¶ **Quartò**, Vtrum credere ea, ad quæ ratio naturalis peruenire potest, sit necessarium.
 ¶ **Quintò**, Vtrum sit necessarium ad salutem credere aliquæ explicitè.
 ¶ **Sextò**, Vtrum ad credendum explicitè, omnes æquiter tencantur.
 ¶ **Septimò**, Vtrum habere fidem explicitam de Christo, semper sit necessarium ad salutem.
 ¶ **Octauò**, Vtrum credere Trinitatem explicitè, sit de necessitate salutis
 B ¶ **Nonò**, Vtrum actus fidei sit meritorius.
 ¶ **Decimò**, vtrum ratione humana diminuat meritum fidem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum credere sit cum assensione cogitare.

A D PRIMUM sic proceditur. Videtur quod credere non sit cum assensione cogitare. Cogitatio non importat quandam inquisitionem, dicit enim cogitare, quasi simul coagitare: sed Dam. dicit in 4. li. * quod fides est non inquisitus consensus. ergo cogitare non pertinet ad actum fidei.
 ¶ **2 Præt.** Fides in ratione ponitur, vt infra * dicitur. sed cogitare est actus cogitatiæ potentiae, quæ pertinet ad partem sensitivam, vt in primo * dictum est. ergo cogitatio ad fidem non pertinet.
 ¶ **3 Præt.** Credere est actus intellectus, quia eius obiectum est verum: sed assentire non videtur esse actus intellectus, sed voluntatis, sicut etiam consentire, vt supra * dictum est. ergo credere non est cum assensione cogitare.

SED IN CONTRARIVM est, quod August. sic diffinit credere, in lib. * de Predestinatione sanctorum. **R**ESPON. Dicendum, quod cogitare tripli ceteri sumi potest. Vno modo, cōiter pro qualibet actu cōsideratione intellectus, sicut Aug. dicit in 14. * de Tri. Hanc nunc dico intelligentiam, quā intelligimus cogitantes. Alio modo, dicitur cogitare magis proprie consideratio intellectus, quæ est cum quadam inquisitione, antequam perueniatur ad perfectionem intellectus per certitudinem visionis: & secundum hoc Aug. dicit 15. * de Tri. quod Dei filius non cogitatio dicitur, sed verbum Dei dicitur. Cogitatio quippe non straperueniens ad id, quod scimus, atque inde formata, uerbum nostrum est: & ideo verbum Dei sine cogitatione debet intelligi, non aliquid habens formabile, quod possit esse informe: & secundum hoc cogitatio proprie dicitur motus animi deliberantis, nondum perfecti per plenam visionem ueritatis. Sed quod talis motus potest esse vel animi deliberantis circa intentiones universales, quod pertinet ad intellectuā partem: vel circuittiones particulares, quod pertinet ad partem sensitivam: ideo cogitare secundo modo sumitur per actu intellectus deliberantis: tertio modo, pro actu virtutis cogitatiæ. Si ergo cogitare sumatur cōiter secundum primum modum, sic hoc quod dicitur cum assensione cogitare, non dicit totam rationem eius, quod est credere. Nam per hunc modum etiam qui considerat ea quæ scit, vel intelligit, cum assensione cogitat. Si uero sumatur cogitare secundo modo, sic in hoc intelligitur tota ratione actus, qui est credere. Actuum enim ad intellectum pertinentium, quidam habent firmam assensionem absque tali cogitatione, sicut cum aliquis considerat ea quæ scit, uel intelligit: talis enim consideratio iam est formata,